UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Lampetio Episcopo. 264.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

lus, pudicitiæ legiſlator & arbiter ad regium thronum ipſum euexit. Quocirca nos quoque nec calumniam, nec obtrectationem, aliud quicquam eorum quę grauia & acerba eſſe videntur, graue eſſe exiſtimemus: verùm peccatum ſolum. Atque ita omnino aut in hac, aut in altera vita precioſiſſimas coronas conſequemur.

καὶ νομοθέτης καὶ βραβευτής, εἰς τὸν θρόνον ἀνήγαγεν αὐτὸν τὸν βασιλικόν. τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς μήτε συκοφαντίαν, μήτε κατηγορίαν, μήτ᾽ ἄλλο τι τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν, δεινὸν ἡγώμεθα, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν μόνην, καὶ πάντως ἢ ἐνταῦθα, ἢ ἐκεῖσε, τῶν τιμαλφεστάτων στεφάνων τευξόμεθα.

Lampetio Epiſcopo. 264.

Vnusquiſque eorum, qui hanc Epiſtolam lecturi ſunt, de eo quod dicturus ſum, vt volet, ſentiat. Ego verò non Sacerdotij regulam nunc informare proponens, ſed viam ad illud ferentem ſtatuens, hoc aio, eum qui ad hoc imperium antè proſiliit, quàm Eccleſiaſticarum ſanctionum imperium ſuſtinuerit, haudquaquam ad ſubditorum vtilitatem huiuſmodi prouinciam perſequi: hunc autem qui in ſubditi gradu atque ordine ſeſe cum laude in iis virtutibus, quæ antiſtitem decent, exercuit, maximum ad muneris ſui adminiſtrationem bonum, hoc eſt experimentum habentem venire. Nam ille priusquàm ipſemet mores ſuos compoſuerit, alios componere ac moderari aggrediens, à veritate aberrat: hic autem compoſitis primùm ſuis moribus, factóque rei periculo, ad moderandã aliorum vitam aptus atque idoneus reperietur. Quandoquidem ille, antequàm armis aſſueuerit, imperator creari cupit: hic autem probi & clari militis officio functus, præſtantior quoque & illuſtrior erit imperator. Atque ille quidem inſtruendi in aciem exercitus expers & ignarus, tribuni militaris gradum ſibi vendicat: hic autem in eiuſmodi ſtudiis verſatus & excultus, tribunus deſignatur.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. σξδ.

Ἕκαστος μὲν τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι, ὡς ἔχει δόξης περὶ τοῦ λεχθησομένου, ἐχέτω. ἐγὼ δὲ ὅρον μὲν ὑπογράψαι ἱερωσύνης νῦν οὐ διεγνωκὼς, τὴν δ᾽ ὁδὸν τὴν ἐπὶ ταύτην φέρουσαν ὁριζόμενος, φημὶ, ὅτι ὁ μὲν ἐπὶ ταύτην θᾶττον ἐλθὼν τὴν ἀρχὴν, πρὶν τῆς τῶν θεσμῶν ἀρχῆς ἀναχέσθαι, οὐκ ἐπ᾽ ἀγαθῷ τῶν ἀρχομένων τὴν οἰκονομίαν μέτεισιν· ὁ δ᾽ ἐν ὑπηκόου τάξει ταῖς ἀρχικαῖς ἐγγυμνασάμενος καὶ εὐδοκιμήσας ἀρεταῖς, εἰς τὴν τῆς λειτουργίας διαχείρησιν, μέγιστον ἀγαθὸν τὴν ἐμπειρίαν ἔχων, ἔρχεται. ἐκεῖνος μὲν γὰρ πρὶν ῥυθμισθῆναι ῥυθμίζειν ἄλλους ἐπιχειρῶν, τῆς ἀληθείας διαμαρτάνει· οὗτος δὲ ῥυθμισθεὶς πρότερον, καὶ τοῦ πράγματος ἐν πείρᾳ γεγενημένος, ἐπιτήδειος ἐπὶ τὸ ῥυθμίζειν ἄλλους εὑρεθήσεται. ἐπειδήπερ ἐκεῖνος μὲν πρὸ τοῦ ἐμμελετῆσαι τοῖς ὅπλοις, στρατηγὸς οἴεται κεχειροτονῆσθαι. οὗτος δὲ εὐδόκιμος στρατιώτης γενόμενος, εὐδοκιμώτερος ἔσται καὶ στρατηγός. καὶ ὁ μὲν τῶν τακτικῶν ἄπειρος ὢν, ταξίαρχος εἶναι ἡγεῖται. ὁ δὲ ἐν γυμνασίοος τοιούτοις ἀσκηθεὶς, τακτικὸς χειροτονεῖται.

Maroni. 265.

Etiamſi ſexcentas opum vias aperias, tamen, non dicam ſatietatem, ſed ne vias quidem, quas illæ peragrant, inuenies. Siquidem eos odio habent, qui inexplebili

Μάρωνι. σξε.

Εἰ καὶ μυρίας ἀνατέμοις εὐπορίας ὁδοὺς, οὔ φημι τὸν κόρον. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐπιπορεύεται, εὑρήσεις. μισεῖ γὰρ τοὺς ἀπλήστως τὰ χρήματα διώκοντας.